

DOCENDO. DOCTORES

Linguarum.

Satis constat, fuisse olim, quicunque intra Isthmum habitarent, Aoles nominatos: mox vero intra extraque praeter Athenenses, ceteras Peloponneso circumiectas gentes in Aelici nominis appellationem abiisse. Hinc Doctores Heraclidas in Peloponnesum secuti, in ea terra esse perseverarunt. Contigitque ex perpetuo ejus gentis cum Aelibus incolatu, ut duae gentes procedente tempore, in unam coalescerent. Id rei argumentum est, quod praeter Arcades, quibus rara cum ceteris Peloponnesibus fuere commercia, quicunque intra Isthmum postea habitarent, indifferenter sunt utraque lingua usi, atque ob eam rem nunc Aoles, nunc Dorientes dicti. Contra in Ionica, quae eadem fuit & Artica, evenit. Nam quam ab initio Jones Artici vocarentur, ob colonias inde in Asiam missas, accidit, ut qui in antiquis sedibus manserunt, Attici loqui sint dicti: ceteri in colonia transscripti, Jonici. Sabellicus lib. 8. Eum. 1. ex Strabo, lib. 8.

Literarum.

Romanos pueros non modo Graecis, sed Hetruscis quoque litteris erudiri solitos, Livius lib. 9. tradit. Ex quo scire licet, Hetruscis etiam suas olim habuisse literas, quarum nunc ne nota quidem cognita extat. Has autem literas Corn. Tacitus lib. Augusti hist. 11. auctor est, Demarathum Corinthium Hetruscis primum docuisse.

Apud Latinos serus fuit literarum usus, easdem autem fuisse Latinas cum Graecis, indicio fuit Delphica tabula aenea, quae Romae in palatio Minervae dicata, in bibliotheca conspiciebatur. Plinius, ut ipse testatur, temporibus. In Latium eas, relictas Plinio & Solino, inulere Pelasgi. Quidam volunt, Nicostratum Evandri Arcadis matrem, Latinis primum dedisse. Ea propter Carmentis nomen meruit, non magis a vaticiniis, quam a versibus & carminibus, literarum figuris excipiendis & experimentis: Dionysius in primo ait, Arcades primos antuliches in Italiam, qui post Pelasgos venerant Livius Evandri auctorem vocat, lib. 1. Decad. 1. profugum ex Peloponneso, auctoritate magis quam imperio ea rexisse loca, iniquens venerabilem fuisse miraculo literarum, rei novae inter Graedantium homines. Sentit idem Cornel. Tacitus, qui tradit, Aborigines ab Evandro Arcade didicisse literas.

Digamma ab Aelibus acceperunt Latini, hac nota & quod, teste Prisciano, apud antiquissimos eandem vim atque apud Aoles habuit, videlicet Ph. Ar Tib. Claudius Caes. Tacito teste, pro loco V. consonantis recipiendum constituit, ut Julgus, pro vulgus, dixit pro vixit, scriberetur. Ita Germanium vulgus, Latine loquendo, etiamnum pronunciat. Polyd. lib. 1. cap. 6. de Rebus invent.

Anno Domini 796. Michael Curopolates Imp. Constantiopolitani, characteres ad scribendum Bulgaris misit, quos etiam Rutheni omnes susceperunt: & ab hoc tempore illa, quae poterant ante & post gesta recordari, litteris mandarunt. Guaguinus in descript. Polon.

AUCTORUM.

Q. CAECILIUS EPIROTA, Tusculinarius, Attici Satrii equitis Romani libertus, primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium & alios Poetas novos praelegere cepisse. Refertur inter illustres Grammaticos a Svetonio, cap. 15.

INTERPRETANDO. INTERPRETES

considerati respectu

SUBJECTI.

Opera haec mechanica est: per se, at respectu Habitans a quo permanat, huius loci propria.

Concionum.

Ad Othaldum Northumbriae regem Donevaldus Scotorum rex, Aidanum Episcopum Romano viro doctissimum, quidem, sed conciliator incho, successeurem miserat, cujus concionibus populus ad religionem Christi perduceretur. Ceterum cum Aidanus a Saxonibus non intelligeretur, Othaldus de vicino suggestu interpretem agebat, ita ut septem diebus quinquedecim nulla haptissima susceperit. Aidanus idem Northumborum Pontifex dictus, pium gregem, & sacris monitis, & vivendi exemplo erudit, atque ab Ethnicorum violentia, additis nonnullis Dei virtute miraculis, egregie est tutatus. Scoti monachi ac sacerdotes, sacra doctrina insignes, variis ex locis, ciente Othaldo, confluxerunt ad Aidanum, ut sanctissimi viro in populo erudendo auxiliares essent. H. Boeth. lib. 9.

Omnes Vandalorum populi, qui ad Aldenburgenem pertinebant curam, tempore Godfridi Principis, Christi silentium sunt amplexati: cum in tanto divina religionis amplificandae studio arderet, ut sermonem exhortationis frequenter ad populum in Ecclesia ipse faceret: ea scilicet quae ab Episcopis & Presbyteris Latine dicebantur, Vandalicis verbis interpretans. Crantz. lib. 3. Vandalia c. 1.

Legationum.

Cum ab Atheniensibus Romam missi essent legati, Carneades Academicus, & Diogenes Stoicus, datus est illis senatus: cumque per interpretem loqui cogentur, L. Aquilius id officii sibi demandari obnixi petiit, honoris ergo: eorumque orationes in senatu, magna cum admiratione Graecae eloquentiae, interpretatus est. Plut. in Catone maiore.

In Concilio Florentino sub Eugenio IV. ubi de processione Spiritus S. inter Latinos & Graecos agitur, civis Florentinus Niccol. Euboeicus, utriusque linguae auctor, civis Florentinus Niccol. Euboeicus, utriusque linguae auctor, multis assistentibus utriusque linguae gnaris testibus, accepta Latine reddidit Graecis Graecae, & rursus Graecae accepta reddidit Latinis Latinis, summam apud omnes laudem meritus. Crantz. lib. 12. Vandalia c. 7. Aen. Sylv. 154. Europa, & Nicolaum Saguntinum appellat.

Librorum Sacrorum.

Quicumque optimorum auctororum scripta ex una lingua in aliam transferendo, Socratica quadam usque de Republica praeterca mereretur, huius loci loci. Inter quos Septuaginta illi seniores, qui Biblia transfulerunt in linguam Graecam, sic excellunt, ut de his Aristoteles peculiariter edere librum non sit veritus.

Vide locum Theologorum & Bibliorum.

AQUILA Iudaeus, natione Ponticus, cujus uxor Priscilla, secundus legis Moisaicae interpretis post Ixx. Plat. in Sixto I.

Origenes rogatu & Iumpibus Ambrosii Mediolanensis Episcopi, Caesareae sacrae Scripturam totam XI. annis interpretatus est. Suidas.

D. Hieron. cum Graece, Hebraice, Babylonice, Syrae atque Latine calleret, omnem Scripturam sacram in Latinum vertit sermonem. Cujus translationis elegantiam atque veritatem, omnes ante eum factas translationes excludit, nam statum fuit, ut Hieronymi sola traductio, Catholica uteretur Ecclesia. Fulg. lib. 8. c. 7. & Equat. lib. 8. c. 7.

GOLEBAS sive UPELHAS Gothorum Episc. Theophilus successior, primum orthodoxus, mox sub Valente Arianus, non tam inveniit Gothicas literas (ut Socrat. lib. 4. cap. 33. opinatur: quas multis ante seculis Gothos habuisse, testatur Joann. Magnus) quam illi primum in sacris litteris interpretandis usus est, ut proprietate earum inventor extitisse videatur.

SUCCESSUS, INTERPRETATIO Recta.

Cum Adrian. IV. Papa coronam Imp. Friderico Anobabo Romae imposuisset, eique scripsisset, sese illius erga se beneficium non peniteret: commotus eo verbo Imper. quasi Papa Germanicum Imperium feudum esse statueret, atque Imperatorem illo feudali beneficio a se affectum, stomachose respiciit, neque ita multo post bellum ei acerrimum intulit. Cujus rei historiam Otho Frisingensis Episcopus, Joannes Abbas Urspergensis, Joannes Abbas Tritheimius, Naucleus, & alii complures, litteris mandarunt: atque in his Radevicus, cujus in lib. 1. cap. 9. Adriani Epistola extat, ex qua hanc particulam describimus: Debes enim ante oculos mentis reducere, quam grate antea anno mater tua, Romana Ecclesia, te suscepit. Neque tamen penitet nos desideria tuae voluntatis in omnibus implevisse: sed maiora beneficia excellentiam tuam de manu nostra susceperis, non immerito gaudeamus. Quibus verbis incensus Frider. Imper. his rescriptis verbis apud eundem Radevicum cap. 10. Cumque per electionem Principum a solo Deo Regnum & Imperium nostrum sit, quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio a Dom. Papa suscepisse dixerit, divinae institutionis & doctrinae Petri contrarius est, & mendacis reus erit. Itaque Papa moderatione adhibita, sic respondit cap. 22. Occasionem siquidem cuiusdam verbi, quod est Beneficium, tuis animus, sicut dicitur, est commotus: quod utique nendum tamen vult, sed sic cubiliter nomen animam, merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est Beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam est impositione habeat, assumatur: tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere; hoc enim nomen ex bono & facto

A factio est dictum; & dicitur Beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum. In qua significatione in universo sacrae Scripturae corpore invenitur: ubi ex beneficio Dei non tanquam ex fundo, sed velut ex benedictione & bono facto ipsius, gubernari dicimus, & nutriti. Et tunc quidem magnificentiam liquidam recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insignis tuo capiti impoimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Hotom. de Fendis c. 1.

Vitiis.

THUCYDIDES pestilentem morbum a summo capite descendente, peccus tussi infestare solum, inde stomachum penetrantem, dejectiones biliosas induxisse scribit. Epist. 15. Καρδίας τριζέας, ἀκαρδίαν τριζέας. Quorum loci Lucretius interpretatus, καρδίας, Cor interpretatur, ignarus Aetiorum consuetudinis, veterum καρδίας, os ventriculi significare. Vitis, lib. 28. Var. c. 17. Rursum inquit Lucretius, fuisse quosdam, qui mortis metu, postquam omnis vis morbi in extremas partes corporis ingruit, aequo animo passim sine chirurgico ea membra sibi amputari, aut ipsimet sibi ea membra amputaverit. At Thucyd. lib. 2. critica morbi solutione expulsum virus in extremas partes fuisse, quod corrupte sua sponte deciderit.

ACTIUS LABEO Iliada Homeri, ut obscurissime, sic ineptissime verit, aetate Persei. Grad. lib. 8. Hist. poet.

Anno Dom. 1148. & Britannia quidam in Gallias venit Eon dictus, agnomen de Stella habens: qui asseverabat, se eum esse, qui venturus esset iudicare vivos & mortuos, ad nomen suum alludens. Nec alium fundamentum fuit insaniam habuit, quam quod in Ecclesiasticis exordium dicitur, per Eum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. Cum igitur ipse lingua Gallica Eon diceretur, deliravit, de sese pronomen illud, Eum, esse pronuntiatum. Robert. Abb. in Chron.

Accursus Glossator legum, pro Rostris leges XII. Tabularum a Decemviris positas interpretatus, hoc est, ante ora populi Romani, ut imperitiam linguae Latinae excularet, Hispanam vocem Rostrum, quae faciem & os significat, in subsidium assumptum.

M. Bruti vitam a Plutarcho descriptam Franciscus I. Gallorum rex inter epulas, praelegente anagnosce, attentus audiebat, & heroicum in libertate Reip. vindicanda animum, multis verbis commendabat. Regi adstantibus ceteris, quidam Latine lingua simul & historice imperitus, Magnum quidem virum, sed magnum quoque adulterum, inquit, laudatis. Admirantibus novitatem cunctis, Ovidii vestium ex Epistolis protulit, ubi ait:

Obrutus infamis est adulter aquis: Vocandi casu O Brutus a poeta scriptum esse contendens. Sic Henricus Stephanus in Epigrammatis: Regis apud mentem Franciscus mensio Bruti Crebra est, per varios & repetit a dies. Tunc quidam: Ah Brutus, savor, amosus adulter, Dignusque est epulas semper inire tuas? Unde probet maechum querenti: resultat illud, Obrutus infamis est adulter aquis.

Nulla.

Accursus Glossator legum, linguae Graecae imperitus, sic ut axiomatis loco passim inculcet: Graecum est, ergo agi non potest. Item precium. Inst. de emp. & vend. §. item lex Cornel. Inst. de publ. indic. Hoc totum, inquit, quod sequitur (sequuntur autem Graeca) omittas. Praeterea l. de aetate §. quod autem rog. ait, ubi J. C. inquit: Omnino non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. Ipse est Graecis Latina faciens, legit, id est: Pro se pollicitus, sub intellige, responsum. Bellissime, ex verbis J. C. non intellectis, atque falsum interpretem secutus, mentem tamen & voluntatem J. C. coniciens.

JUDICANDO. JUDICIA

GRAMMATICAE DE

Scripturis.

Permissum fuit olim Grammaticis de scriptoribus consueque generis iudicium. Quos sicut Quintilianus refert, ita sunt severi uti veteres, ut non veritus modo censoria quadam virgula notare, & libros, qui falso videntur inscripti, tanquam subditiis submovere familia, permiserint sibi: sed auctores ipsos in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Tales inter ceteros fuerunt Aristophanes, non auctor veteris comediae, sed Grammaticus Byzantius generis, & Zenodotus, & Aristarchus, qui cognominatus est Censor auctorum, & alii permulti. Cui tandem vel philosophorum, vel eorum, qui maxi-

mis titulis amplissimas disciplinas, quae nemo non suscipit, & professi sunt, & praefecerunt, tantum est permittimus, ne dum istis sumosis, qui contemnendo omnia, videri volunt omnium callentissimi: L. Vives lib. 2. de Casus corrupti, discip.

RHEMMIUS PALEMON Grammaticus libris de veteribus omnibus iudicandi facultatem adesse arbitrabatur, atque adeo Virgilium divino furore percitum, futurum aliquando Palae-mona censorium omnium Poetarum, praevidebat, quando cecidit:

Judicet haec quisvis, vel qui venit ecce Palemon.

Sveton.

CALLIMACHUS Grammaticus magnum librum magno malo parum esse dicere solebat. Athen. lib. 3. c. 1. Dignum profecto inepto Critico iudicium; quasi moles librum faciat, non potius doctrinae atque methodus.

Grammaticos ineptos non moratur suorum scriptorum iudices Horat. Sat. ult. lib. 1. Sermon. sic scribens: Ment' moveat cimes Pantrius? aut cruciet, quod Fellicet absentem Demetrius: aut quod ineptus Fannius Hermogenis ledat corrupta Tigelli? Plores, & Varus, Mecenas, Virgiliusque, Falgus, & probet hoc Othavius optimus, atque Fufus: & hac nitam Virgillum laudet uterque. Ambitione relegata te dicere possim Pollio, te Messala tuo cum fratre, simulque Vos Bibuli, & Servii simul hyste candidae Firmi Complures alios, doctos ego quos, & amicos Prudens praetereo: quibus haec, sint qualicumque, Arridere velim, dol iturus splaccat se Deterius nostra, Demetri, regne Tigelli Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Libro 6. Aeneidos:

Eruct ille Argos, Agamemnoniasque Mycenae, Ipsumque Aecidem genus arripontis Achilli, Vitus avos Trojae, templa & temerata Minerva.

Phthia patria est Achilles, in Phthiade regione Macedoniae. Eam L. Aemilius Paulus Rom. subdidit, vico Perseo. Mycenae in Agolie sunt, ad quas ab Argis est regnum translatum. Eas cum reliqua Achaja cepit L. Mummius. Julius Hyginus errorum dicebat esse a Virgilio his versibus in historta; nam non idem eruit Argos, & vicit Pyrrum: idem extendendum versum illum censebat: Ipsumque Aecidem. Sed Servius, illeque subaudiendum esse ait, ut de Curio intelligatur. L. Vives in librum 5. de Civis. Dei, c. 12.

Caligula Caesari, ut auctor est Svetonius, usque adeo placebat ardot ac vis in dicendo, ut Seneca orationem, sine calce arenam, sit solitus appellare, tanquam dissolutam ac nervis carentem & ordine: quae quodammodo compages est totius sermonis, suo quidque loco dispositas. Quamquam autem Caligula multa partim integra mentis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimum aberravit a copo. Seneca fetur impetu quodam, minime serviens ordini. Erasmus in Adagis.

Doctioribus.

ALCIBIADES, ubi ex pueris excessit, adit ludimagistram, polulavique volumen Homeri. Qui, cum nihil sediceret Homeri habere, insidit colophore, reliquit eum. Cum alius diceret habere se Homerum, quem ipse emendasset: Et tu, inquit, literas doces, qui vales emendare Homerum? Plut. in Alcibiade.

Litteris.

THEUTH demon quidam Aegyptius, posteaquam primus invenisset numerum & computationem & Geometriam & Astronomiam, praeterea talorum & cuborum ludum, ipsas quinque litteras: inventa sua Thamo Aegyptiorum regi obtulit, utque is Aegypti omnes instruerentur, hortatus est. Thamus laudatis iis, quae probabantur, litteras improbat, quod memoriae potius essent futurae, & homines ad excolendam memoriam inertes redditurae viderentur, fretos litterarum praedidio. Cel. lib. 22. c. 15. Eaque propter non memoriae, sed admonitionis medicamentum, litteras esse pronuntiavit Plato in Phaedro.

America incolae ab Hispanis subacti, literarum usum divinitatis certissimum argumentum esse putabant, cum chartae scriptae vocem occultam inesse animadverterent. Petrus Cicera Tom. 2. hist. Peruv. c. 34.

Pronunciatione.

THEOPHRASTUS philosophus, cum percontaretur Athenis ex Antica quadam, quanti olera venderet? respondit illa, & addidit: Hopes, non potio minoris. Tulit ille molestie, se non

A non effugere hospitis speciem, cum extateme ageret Athenis...

M. POMPON. Latini sermonis exactor molestissimus, iudicio...

CERTANDO. CERTAMINA grammatica respectu

FRANCISC. PHILELPHUS Tolentinas, Emmanuelis Chrysolora gener...

Quam indecorae doctorum hominum pugnae fuerunt, Poggi cum Valla...

Quam indecorae doctorum hominum pugnae fuerunt, Poggi cum Valla & Philelpho...

REI DE QUA CERTANT, UT DE Literarum significatione

Anaxenoti citharedo Magnefio, qui M. Anton. triumviro acceptissimus fuit...

Qui epigramma inscripsit, inconsiderate ultimam secundum verbum...

Æsopus fabulator Phryx. Xantho philosopho Samio servicibat...

M. VARRO philofophus summus, de lingua Latina octo libris...

P. RUTILIUS RUFUS cum M. Æmilio Scauro consulatum petens...

Rutilius. Quo exemplo manifestum est, quam incer-ta sit notarium significatio.

Scriptione.

Hebræorum certamina de punctis vocalibus. Pete ex Tit. superiore Grammatica inventorum.

Pronunciatione.

Menstrum Florum consulem Vespasiani Imp. admonitus ab eo...

Anno Christi 1542. gravissima orta est controversia in Anglia de diverso pronunciationis genere...

Vocum proprietate.

SOPHOCLES in Chio puerum formosum, pocillatorem videns, cum is erubuit...

M. POMPONII MARCELLI Grammaticus, cum ex oratione Tiberium Cæsarem reprehendisset...

Vocum flexione.

Duo Græci Grammatici illustres, Aristarchus & Crates Mallotes...

M. VARRO philofophus summus, de lingua Latina octo libris scriptis divinis...

Controversia de Tu pronominem veteribus fuit. Triphocativum tantum esse censuit...

Confirmatione.

Cum Cn. Pompejus ædem Victoriæ dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri essent...

A scriberentur, quæ ceptum est, utrum Consilium tertio scribendum esset...

VERRIUS FLACCUS libertinus docendi genere maximè claruit. Namque ad exercenda Discipulorum ingenia...

Interpretatione librorum.

Narrat in tertia ad Hieronymum epistola Augustinus, tumultuationem alicubi ortam ex eo...

GRAMMATICÆ STUDIUM.

TUM RESPECTU ARTIS. BARBARIÆ ODIUM.

Vide Tit. Grammatica scriptores, infra, &c.

Lacones literas usus gratia addicebant: cæterarum disciplinarum urbe interdcebant...

Cum sub Alexandri læcifloribus Athenienses pecunia egerent, & quidam peregrinus...

Post Lælium Stilonem, qui vixit Sylla dictatore, cura Grammaticæ artis Romæ crevit...

CAROLUS MAGNUS scripsit Grammaticam patrii sermonis, quam extare ajunt...

FRANCISCUS I. Gallorum rex morem illum à Canonistis acceptum, Arrestra curiæ...

PROFESSORUM.

Apollodoro grammatico Amphylitiones Græciæ honorem habere.

Grammaticis tantus ille honor Romæ, ut constet, Lucatium Daphnidem grammaticum...

Catulo (alii M. Scauro habent) emptum, ac brevi manumissum. Item L. Apulejum...

L. CÆCILIVS EMPICOTA, qui primus Romæ Grammaticæ ludum aperuit...

Orbilio Pupillo Beneventano, insigni grammatico, statua Romæ est erecta...

VERIUS FLACCUS libertinus, propter insignem eruditionem & studium...

TIBERIUS IMP. cum grammaticis familiariter jocari solebat, etiam usque ad ineptias...

CAROLUS MAGNUS liberalia literarum studia, penè iam boisterata, instauravit...

GRAMMATICÆ ODIUM,

CONTEMPTUS. RESPECTU ARTIS.

EPICURUS ATHENIENSIS, grammaticos & sophistas exotus, quod percentanti sibi...

DOMINICUS quidam in Ecclesia Nazarethana monachus, vita ad miraculum usque aultera...

PROFESSORUM.

DIOGENES CYNIUS grammaticos iridebat; quod cum Ulyssis mala inquirerent...

A cos, in farragine Epigrammatum à Maximo Planude con-

storum, quorum auctores sunt ipsi Grammatici.

Athen. lib. 8. citat Herodotum, qui contemptus gratia

grammaticos appellat μονοιδάβης, iniquis:

Ἐπιδοξοῦντες, μονοιδάβης.

Quod in angulis latente bombycum more, quodque de minu-

tis vocularum tractent. Erasim. in Adag.

De Grammaticorum miseris & laboribus eleganter Palla-

das in primo Græcorum Epigram. alludens ad principium Illa-

dos Homerice, quam nocturna, diurnaque manu Gramma-

tici versare solebant:

Ἀγρῶν γραμματικῶν ποντίονος ἐστὶν κἀνὰ.

Πρόσθε, μὲν ἔχει δὲ ἀκρόθρον, ἀλλ' ἀπὸ πύλου.

Καὶ μετὰ δ' ἀποφύλου, δακτύλου πάλιν ἀγγυὰ πᾶσα.

Ὁ τριτῶν ἄλγος εἰς ἀίδυλον κἀτῶν.

Τὰ δ' ἑσπερῆται, τὰ ἐλάσθη, ἃ κῆρας ἀρῶν.

Πέμψθ' ἴδ', ἀνοὶ, ἃ χύλ' ἔχει δὲ δῖος.

Πῶς δ' γραμματικῶν θωπία μετὰ πᾶσι κἀνὰ πᾶρας,

Καὶ πᾶσι πῶθεν, μὴ μὲν πᾶσι ἔχειν.

SCRIPTORES.

Supradictis annumerandi.

De Grammatica, vide multa apud Quintilianum lib. 1. Ora-

tor. instit. De Grammaticis origine, & quantum valeat, lege

Polydorum Virgil. lib. 1. c. 7. de verum inventi. De excellentia

grammatices, Plin. lib. 7. c. 27. De Grammat. & vocabulis, Is-

idor. in lib. Origin. De illustribus grammaticis, C. Suetonii

Tranquilli liber extat. De ratione docendi Grammaticam

extat Synopsis Cæli.

Secundis, grammaticis analectæ qui sunt? Cæli. Rhod. lib.

13. c. 31. Vide præterea de grammaticis & horum conditio-

ne, Antholog. Græc. lib. 1. sect. 17. lib. 2. section. 10. Gell.

lib. 4. c. 1. Crimi. lib. 3. c. 8. Aelian. var. hist. Græc.

* Grando
QUID SIT. ET QUOMODO.
GENERATUR.

Grandinem Aristoteles descripsit pluviam in aere conglaci-

atam, lib. 1. Meteor. c. 12. Generatur autem, cum aqua

pluvia in gelu cogitur, priusquam terram contingat. Quod fit,

vel maximo æstu, vel intenso frigore. Eius materia est imber in

quem nubes resolvitur. Proxima causa est calor aëris cir-

cumfusi, aquam per antiprismaticum refrigerans, totumque ab

æa calore exprimens, & exlinguens. Quo fit, ut grando

horridior sit ac durior cæteris impressionibus humidis, quæ

in aere fiunt.

LOCUS.

Non est exigua inter Philosophos questio, de loco, in quo

grando generatur. Anaxagoras & plerique alii, in media aeris

regione generari autumant. At recentiores omnes, locum

illum tam mediam, quam infimam aeris regionem assignant;

potest enim aer utrobique sufficientem habere frigoris ve-

hementiam, ut aquam congelare faciat, vel astu urgente per an-

tiprismaticum tantum frigoris potest intra aquam coalescere,

quantum opus est ad eum effectum.

TEMPUS.

Quovis anni tempore grando generatur, sive interdiu, sive

de nocte, quamvis in æstate & autumno crebrior, & ma-

ior.

FORMA, ET QUANTITAS.

Grandinis forma sive figura est in globulum sive sphaerulam

præcisa, quando ex loco altiore cadit; teritur enim longo spa-

tio devoluta. Cadit nonnunquam vastior, & acutis angulis

asperior, quando è proximo desluit. Narrat Isidorus, ceci-

disse nonnunquam grandines humano capite non minores.

Certe grando qua Deus flagellavit Pharaonem, fuit maxima

secundum Philonem: ita ut percuteret in omni terra Ægypti,

cuncta quæ fuerant in agris, ab homine usque ad iumentum,

cunctamque herbam, & omne lignum regionis confregerit,

ut constat Exod. 9.

Indovicens Clavettius narrat, an. Dom. 1524. die 5. Aug-

usti, Cremona pluisse grandinem magnitudine ovi gallina-

ci.

Idem scribit, in agro Bononiensi anno 1537. mense Angu-

sto, pluisse grandinem sanguine mixtam, ex qua inventa sunt

grana excessisse libras xxviii. in pondere.

Olavus Mag. lib. 1. c. 22. memorat, in Septentrione decidere

subinde grandinem majorem humano capite.

Certe anno superiore 1619. mense Julio, in quodam Fan-

drie Territorio, quod Vassiam vocant, vico celebri de Temsta, E

cecidit sub meridie, inusitata & invisa Belgis magnitudinis

grando, eaque dentibus & angulis aspera, cum pugni maximi,

tum puerilis capitis magnitudinem exæquans: formam illius

plerique in tabulam reulerunt, quo illius & specimen, &

exemplum apud posteros extaret.

* Gratia.

DEFINITIO. ACCEPTIO. ETYMOLOGIA.

Gratia dicta est Gratis. Si gratia vocatur, ait S. Augustinus.

gratis datur: si gratis datur, nulla tua merita præce-

derunt, ut datur. Gratia autem nunc donum, nunc χάρις

à Græcis appellatur, & nonnunquam χάρισμα. Suntque

tres hujus vocis acceptiones in S. Litteris.

Prima est, ut gratia vocetur, quidquid in creaturas à liberali

Dei manu proficiscitur, sive illud sit beneficium naturale, sive

supernaturale; quomodo dicit Augustinus in Ps. 144. Attende-

mus gratiam Dei non solum quæ fecit nos, sed etiam quæ

refecit.

Secundo accipitur pro solis beneficiis supernaturalibus, ut

ea rependat, quæ non ex merito Christi, sed ex sola Dei li-

beritate: neque in indignos & peccatores, sed in non dignos,

& non justos conferuntur: quæque non tam indebita, quam

non debita nominantur. Qualis fuit gratia Angelorum, &

etiam quæ primo parenti data fuit. Imò & illæ quas humanitati

Christi attribuitur Scripturæ præderunt.

Tertio & communiter gratia intelligitur donum creatum,

per quod ad beatitudinem supernaturalem (quæ ipsa quando-

que gratia dicitur, ut ad Rom. 8. nempe consummata) destina-

mur: sive fit habitus idem cum virtutibus operativis, sive di-

versus: sive actualè auxilium Dei, sive quæ vocatur donum,

aut gratia gratis data.

PARTITIO.

Gratia communiter accepta, dividitur in Gratiam gratum

facientem, & gratis datam. Quamvis enim omnis gratia gra-

tis datur, quia si ex meritis, jam non esset gratia; tamen illi

dono hoc nomen particulariter tribuitur, quod minus pen-

deat à bona & morali nostra dispositione, ac proinde prom-

ptius datur malis ac bonis, idque potius ad utilitatem aliorum,

quam illius cui datur. Tales gratiæ sunt, quæ vocat Aposto-

lus Divisiones gratiarum, v. g. donum prophetiæ, linguarum,

curatorum, &c.

Gratia autem gratum faciens est donum supernaturale &

indebitum, ad propriam cuiusque salutem potissimum datum.

De qua illud intelligitur Pauli dictum 2. Cor. 12. Sufficit tibi

gratia mea.

Gratia gratum faciens, alia est permanens sive habitualis,

alia specialis & transiens. Permanens sunt habitus infusi, fi-

dei, spei, & potissimum charitatis; & dicitur auxilium ge-

nerale.

Auxilium speciale est motio, qua Deus movet hominem ad

operandum, vel cum eo operatur, nempe in iis que quoquo-

modo vires nature excedunt: ad naturale enim sufficit auxi-

lium generale, quod datur ad actus omnes, tam bonos, quam

malos; cum speciale datur tantum ad actus bonos, qui ordi-

nantur ad beatitudinem.

Gratia sive auxilium speciale, aliud est excitans, aliud adju-

vans, quæ vocatur gratia præveniens & Subsequens alio

nomine: rursus Operans & Cooperans. Ita Augustinus. In Enchi-

rida. c. 32. Nolentem prævenit ut velit, volentem subsequitur

ne frustra velit. Quamvis omnis gratia prior, collata cum pos-

teriori, præveniens vocari possit. Ita Paulus: Non ego, sed

gratia Dei mecum. 1. Corinth. 15. Est enim hominis coope-

rantis dicere, scribit Cajet. in eum locum, gratia Dei

quæ est mecum: homo vero etiam vacans potest dicere, gra-

tia Dei quæ est in me.

Itaque ad gratiam excitantem pertinent divinæ inspiratio-

nes, quibus Deus cor nostrum pulsant, ut excitentur à somno

peccati, vel locordia: Ad adjuvantem spectat divina coope-

ratio, directio, vel protectio, quibus juvamur, tum ut eli-

gamur, vel ut faciamus quod inspiratum est. De ea intelli-

gitur locus Apocalypsis capite 4. Ego sto ad ostium, pulso, &c.

Quinta est partitio gratiæ in Sufficiens, & Efficacem,

Sufficiens dicitur, quæ Deus ita hominem vocat, & excitat, &

juva-

NOMINA, FIGURA ET SIGNIFICATIO.

Hesiodus facit tres Gratias, Aglaen, Euphrosynam, Tha-

liam. Homer. unam ex his Pasithea appellat: atque illius ma-

trimonio addit. Recipiunt in invicem complexis dextris, ut

redditio beneficii notetur: hilares sunt, sicuti dantes & acci-

piantes: præterea virgines, quod sine spei conceptione detur:

vestibus fluentibus & lucidis, quod sine allegatione alterius,

aut obligatione tribuatur: denique juvenes, quia non debet

beneficiorum memoria senescere. Tres sunt, promerentium

videlicet, & reddendum, & amborum simul.

DESCRIPTIO.

Ex Embl. And. Alciati, Emb. clixii.

Tres Charites Veneri affunt, dominamque sequuntur:

Hincque voluptates, atque alimenta parant:

Letitiam Euphrosyne, speciosum Aglaeniam, et

Sua dæta est Pithus, blandus & ore lepis.

Cur nude? mentis quoniam candore venustas

Constat, & eximia simplicitate placet.

An quia nil referunt ingrati, atque arcana inanis

Est Charitum: qui dat munera, nudes eget.

Addit cur super pedibus calaria? bis dat

Qui cito dat, minimi gratia tarda pretii est.

Implicitis ubi cur vertitur altera? gratus

Venerat, huic remanent una ab omne dia.

Juppiter iis genitor, calli de semine divos

Omnia acceptus exadit Euryome.

SCRIPTORES.

Planè de tribus Gratiis vide apud Marf. lib. 8. c. 12. De iis-

dem & Genio eundem lib. 7. c. 10. De iisdem & Concordia, lib.

8. c. 62. De Gratiarum templis, Cæli. Rhod. lib. 22. c. 26. Sacris,

Cæli. Rhod. lib. 22. c. 2. De Gratiarum ratione, & Furture,

eundem, lib. 11. c. 19. Gratiæ omnigenum bonorum, Tzetzes

lib. 10. c. 337. Natal. Comes in Mytholog.

Gratitude.

* DEFINITIO.

Gratitude vel Gratiarum actio, Græcè ἔχαρις, & χάρις, & χάρις, & χάρις, gratias ago, dicitur.

Gratiarum actio sive gratitudo est virtus specialis, reddens gra-

tiam benefactori, secundum B. Thomam. 2. 2. q. 106. a. 1.

Definitur autem communiter à Theologis, quod fit virtus

quæ respicit debitum ex beneficio accepto natum, & ut illi ali-

quo modo satisfaciatur, rependit aliquid benefactori; ut gratia-

rum actionem, obsequium, cultum, vel aliud beneficium, Ita-

que extendit se ad omnes, à quibus aliquid beneficii accepimus,

nimirum ad Deum, parentes, superiores, & hominem pri-

vatum.

Centet autem S. Thomas, gratitudinem, si erga Deum spe-

ctetur, non esse habitum à virtute religionis distinctum: si erga

parentes, non distinguatur à pietate: si erga superiores, non dis-

tingui ab observantia. Si tamen consideretur, ut respicit pri-

vatum benefactorem, & debitum ex eius beneficio prove-

niens, hac ratione esse virtutem specialem à supradictis distin-

ctam; quia hac ratione habet specialem rationem debiti,

quæ non est tam stricta, quam in prædictis virtutibus, nimirum

erga Deum, parentes, superiores: non enim est debitum legal-

est, sed morale tantum. Itaque juxta hanc sententiam gratitudo

est specialis virtus, quæ proprie solum respicit personam parti-

cularem: ita Lessius lib. 2. c. 46. dub. 1. de Jure & Justitia.

* OFFICIA GRATITUDINIS.

Officia gratitudinis sunt quinque: I. beneficii aestimatio: II.

Benigna acceptatio: III. Gratiarum actio: IV. Grata commemo-

ratio: V. Responso. Colligitur ex D. Thomam. 2. 2. q. 95.

Primum est beneficii aestimatio, nempe ut offendamus nos

illud aestimare, si non ex rei magnitudine, saltem ex affectu

& animo donantis: hic enim in beneficiis gratuitis potissimum

est ponderandus; unde conferentes aliquid beneficium, præ-

sertam majoribus, solemus excusare & rogare, ne rem ipsam

quoque datur, sed affectum, quo datur, inuencant. Unde Sen-

eca. lib. 1. de benef. c. 6. Beneficium non in eo, quod fit aut datur,

consistit; sed in ipso dantis & facientis animo: & Cicero. lib.

1. de offic. Acceptorum beneficiorum sint delectus habendi,

& in primis quo quisque studio vel benevolentia fecerit, pon-

derandum.

Secundum, benigna acceptio; si enim repudies, vel absque

indicio, quo significes gratum esse, acceptes, videris contem-

netæ,

* Gratia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Gratiæ à Græcis χάρις dicuntur, eò quod lætitiæ signifi-

ficent: nam & lætari videntur, qui dant & accipiunt be-

neficium. Tres idè esse finguntur, quæ & beneficii in alios

esse debemus, & aliorum beneficia suscipere, & his, qui in

nobis liberales fuerunt, retribuere. Dant autem, & accipere,

& retribuere, tres actus sunt in se distincti. Alii dicunt idè

debet: Quapropter solebant veteres ita Gratias pingere, ut una

earum averiam faciem teneret, quasi à nobis profecta: Duce

verò nos aspicerent, ut duplex nobis beneficium rependi de-

beret ostenderent. Nude præterea pingebantur, quia benefi-

cia sine facie esse debent, & nullo tege velamine. Item con-

nectæ, quia insolubiles docet Gratias esse, & amicitia fœdus